

non presumitur, nisi ad actum, qui geritur, sit omnino necessaria; Cyriac. *controvers.* 323. num. 11. Cravet. *conf.* 63. n. 9. Carleval. *dejudic.* lib. 2. tit. 3. disp. 19. nu. 14. Ad duellum autem remissio damnorum, & expensarum ex vulnero vel homicidio minimè opus est, atque ita presumi non debet. Secundò, qui se ad dimicandum provocat, odio accensi mortem sibi invicem exoptant, & hoc ipsum per provocationem intendunt quare verosimile non est, ut de condemnatione aliqua injuria inferendae cogitent, quia inducta ad unum finem, non possunt contrarium operari; cap. quod ob gratiam 61. de reg. *jur.* in 6. l. legata inutiliter 19. ff. de *legat.* I. Tertio, etiam si hujusmodi remissio expressum fieret, non subsisteret, quia contra bonos mores est, condonare delictum committendum, siquidem ad peccandum præbetur occasio, l. si unus 28. S. *pætæ.* ff. de *pætæ.* I. generaliter 26. ff. de *verbis.* obigat. Igitur multo minus ex presumptione inducta valebit. Ex quibus constat, duobus se mutuo ad duellum lacestibus, eum, qui adverbarium percussit, ad expensas, & damna obligari, etiam in anima judicio, perinde ac si extra duellum idem admiserit; quam sententiam teste Sanch. *sup.* quidam amplectuntur Neoterici.

76 Quod si quis ad duellum provocetur, illudque, ne honoris jacturam patiatur, acceptet, ac provocantem vulneret, aut occidat, nihil restituere tenetur, Sanch. *sup.* n. 4. Cravet. *conf.* 119. n. 11. Bonac. n. 2, & alii communiter, quoniam hic in defensionem honoris ad locum destinatum exivit, ibique propriam vitam tuendo vulnero infligit, aut interficit, & cum provocans fuerit in culpa, dannum quod fenerit, non intelligitur sentire, ut refaciatur; ut inquit Pomponius in l. quod quis 204. ff. de reg. *jur.* Hinc est, ut si provocans percussit ad restitutionem obligetur, Sanch. n. 3. In dubio quis provocator presumatur? Iudicis in arbitrio est, de quo latè Menoch. de *arbitrari.* cas. 36; per tot.

77 Tandem ad supra tradita advertas, quod si injuriam passus nobilitate polleat, et obligatio restituendi ex presumptione voluntate injuriati, quia inter Nobiles indecorum valde esset pecuniam propter injuriam recipere, Dian. *sup. resolut.* 61. Sanch. *dub.* 12. n. 6, ubi plures laudat. Unde si aliud de voluntate offensi constet, restitutio fierer debet.

Vers. *Hec omnia tendunt.*

78 Pro injuria tripliciter reus potest molestari, criminaliter, ut arbitrio judicis coercentur; civiliter ad vindictam, ut parti, cui illata est injuria, in satisfactionem, pecuniarium emolummentum applicetur ex bonis delinquentis, ac præterea agitur ad expensas, & damna refacienda, quæ in re familiari occasione injuria contigerit, quæ qualia sint, satis ostendit. Qui civiliter actione injuriarum in iudicio expertus est, à criminali removeretur, & è contra. Hæc omnia probant l. quod *Senatus consultum* 6. l. *Prætor edixit* 7. S. 1. cum seqq. ff. de *injur.* l. 21. tit. 9. part. 7. ubi Greg. Lop. glof. 2. Anton. Gom. d. cap. 6. a. nu. 7. Clar. d. S. *Injuria.* n. 4. Pichard. in S. *In summa.* n. 12. 13. *Inst. de injur.* Boff. in *prax. crimin.* tit. de *injur.* n. 11. Paz. sup. tom. 1. part. 5. c. 3. in *princip.* à nu. 27. Azeved. in *rubric.* nu. 63. cum seqq. tit. 10. lib. 8. *Recopilat.* Farinac. *sup. quest.* 105. ex nu. 25. Gail. *observation.* lib. 1. obser. 65. Plac. in *epitom. delict.* lib. 1. c. 6. n. 30. Surd. *decis.* 89. n. 10.

79 Illud est obserendum, quod si criminaliter actum sit, Judicii que visum fuerit, reum ad pecuniam condemnare, non est injuriato applicanda, sed Fisco, d. l. 21. Partit. in fine, & ibi Greg. Lop.

glos. ult. glos. in S. *In summa.* verb. extraordinaria *Inst. de injur.* Pichard. ibi. n. 22.

Vers. *Sic injuriam passus.*

Expenses, ac damna peti possunt incidenter, sive 80 criminaliter, sive civiliter agatur, & principaliter intra viginti annos actione utili legis Aquilie, vel in factum, gregor. Lop. ubi proxime, Anton. Gom. n. 10. Pichard. num. 17. in fine, Pat. Molin. tom. 4. disp. 42. nu. 11. Paz. n. 31. cum seqq.

Ibi: *Quoniam plurimum differt estimatio.*

Quoniam sit facienda estimatio tam injuria 81 ipsius, quam damnorum, & expensarum docent Ant. Gom. d. c. 6. n. 7. Paz. d. cap. 3; S. 6. ex nu. 2. Farinac. *sup.* nu. 49. Clar. nu. 6. Marant. d. ordin. *judicior.* part. 4. in *princip.* n. 7. Cardof. in *prax. Judic.* verb. *expensa.* n. 18. Tusch. lit. E. conc. 624. n. 3. & hujusmodi discrimen inter estimationem interesse, & affectionis, ex pluribus probat Hermos. in l. 8. glos. 8. n. 1. 2. tit. 3. part. 5. Sed memini hisc oportet. d. l. 21. tit. 9. part. 7. qui disponitur, ut cum agitur civiliter actione injuriarum, prius *Judec.* quantum pro injuria sit præstandum, quas pars juret, estimet; nota Gregor. Lop. glos. 9. & probat Clar. ubi proxime. In praxi tamen injuriatus juramento affirmit, se maluisse quantitatem, quam exprimit de proprio patrimonio diminui, quam illatam injuriam sustinere, quam summam postea *Judec.* si sibi visum fuerit, moderatur. Idem de juramento in item, quod est affectionis, statuitur in l. 5. tit. 13. part. 1. 8. ubi Gregor. Lop. glos. 4. id nota, & quod de jure communi nihil interest, ut in juramento affectionis præcedat, vel subsequatur juramentum partis *Judicis taxationem.* Idem tenet Hermos. d. n. 2. Azeved. in l. 5. à nu. 49. tit. 13. lib. 4. *Recopilat.*

Ad Num. 8.

Ad hanc Bartoli distinctionem consulendi sunt 82 Farinac. in *prax. quest.* 22. per totam, Bonac. in *summa.* tom. 2. disp. 2. quest. 4. punct. 2. Caball. latissime agens resolut. *criminal.* cas. 153. 157. 158. Jul. Clar. in *prax. S. fin. quest.* 84. Plac. in *epitom. delictor.* lib. 1. cap. 1. Canter. in *suis quest.* crimin. tit. de *quest.* tangent. punit. delictor. c. ultim. Facin. *controvers.* lib. 9. cap. 46. Cavalc. de Brach. R. g part. 4. Tusch. lit. D. conc. 169. Guazzin. de *defension.* reor. *defens.* 33. cap. 21. ex nu. 5.

Est ad precipuum hujus capituli tractatum omnino 83 necessarium cognoscere, an unum, vel plura crimina ex eodem, vel diversis acerbis resulant? nam si unicum sit delictum, & de eo reus fuerit absolutus judicialiter, aut alias liberatus, iterum molestari prohibetur; quamquam deducatur qualitas aggravans, que in prima accusatione fuerat prætermissa; secus si diversum crimen per illam constituantur, ut per Farinac. d. quest. 4. n. 4. Guazzin. *defens.* 2. cap. 7. nu. 21. ubi alii Ant. Gom. lib. 5. c. 1. n. 27. Decian. *sup. lib.* 3. c. 30. n. 24. 26. At quando multa delicta, etiam ex eodem facto provenientia reperintur, quibus diverse poena jure debentur, nihil impediret ut pro uno punitus, aut absolutus, pro aliis possit in iudicio vexari; cum regula c. de iis 6. de *accusat.* in diversis criminibus non procedat.

Ibi: *Primum, quoties vel simul.*

Dalustum toties puniri debet, quoties ex inter- 84 vallo fugit iteratum, imò gravius propter reincidentiam

dentiam est in reum animadvertisendum, c. cum non ab homine 10. de *judic.* c. accusatus 8. de heretic. in 6. l. 8. 15. tit. 2. 1. 5. tit. 4. l. 4. tit. 6. l. 2. tit. 7. l. 4. 5. cum aliis, tit. 11. l. 8. *Recopilat.* l. 6. 7. tit. 28. p. 2. l. non omnes 5. S. *desertor.* ff. de *re militär.* Jul. Clar. *sup.* n. 2. 4. Baiard. ibi. n. 28. 29. Farinac. n. 2. Gutier. de *delict.* q. 127. n. 1. Aug. Barbosi. in *colleß. ad cap.* 1. de *pæn.* Simon. de *Præcis conf.* 104. n. 25. Boër. *decis.* 82. Caball. d. cas. 157. num. 9. in fine. Quod ratione limitatur infra, n. 99. & an propter consuerudinem delinquendi poena augenda sit? latè per Farinac. quest. 23.

Ibi: *His quidem verbis appareat.*

Qui eodem imperio quem percurrit, & occidit, unius delicti homicidii scilicet reus sit, Farinac. n. 19. Clar. n. 4. 5. Guazzin. n. 5. Bald. in l. illud. §. Si idem, in *lettur.* ff. ad *leg.* Aquil. Carrer. in *prax. S. Cir. a secundum.* n. 66. Plac. n. 18. vers. Tertiū, in *hoc tractatu.* Caball. cas. 158. n. 2. 5. Sed si unus sit vulneratus, & alter occisus in eadem rixa, & ad eundem effectum, veluti si volens perire Cajum; Titum, qui hunc tuebatur, percussit; ac continuo illum interficiat; duo admittit delicta duplii pena coercenda, Guazzin. n. 6. Salycet. in l. qui de *crimine.* n. 13. cum seqq. C. de *accusat.* Caball. nu. 7. nam ex multiplicitate objectorum, peccata, seu delicta multiplicantur, quamvis actus, si circa idem objectum versarentur propter continuationem moralium ad unicum crimen reducentur; Bonac. *sup.* n. 3. Caramuel. in *Theolog. fundament.* n. 740. vers. Sit tercia, n. 1706. vers. Ad secundum.

86 Cum vero quis ex intervallo occidit, quem vulneraverat, tam de homicidio, quam de vulnere tenetur, Farinac. n. 5. Canter. *sup.* n. 5. Bald. ubi proxime, n. 2. Carrer. *sup.* n. 9. Quoniam interruptio actuum, etiam ad eundem finem tendentium distinctione delicta efficit. Bonac. *num.* 4.

Hinc queritur, si quis animo vulnerandi duntaxat aggrediatur, & vulnere inflito, commotus ita consilium mutet, adversariumque in continentia enecet, an de vulnere, ac de homicidio teneatur? Et Bart. in l. numquam plura. n. 5. vers. Venio ad aliquas quest. ff. de priv. delict. affirmativè resolvit; quam opinionem probat Caball. n. 17. 18. Clar. n. 5. Bonac. *conf. ult.* n. 2. & alii, sed de eam de consuetudine non servari, ultra Caball. & Claram, afferunt Angel. in l. numquam plura. n. 7. Anan. in c. fin. post n. 5. de *collusion.* detegend. Farinac. n. 31. cap. 1.

Ibi: *Tertiū, quoties vel simul.*

88 Crimina diversi simul, aut ex intervallo parrata, ut plura plectuntur, nec unum alterum confundit. Farinac. n. 3. Caball. num. 16. Plac. d. c. 1. n. 18. Guazzin. num. 6. Clar. n. 4. Quæ conclusio absque controversia admittit, cum delicta, aut ex intervallo sunt, aut non diriguntur ad eundem finem. At quando delicta simul, & ad unum effectum committuntur, dissensio est, num majoris delicti poena tæterorum supplicium absorbeat, ut si quis percussit, ut facetur; vel muros civitatis transcendat; ut stuprum perpetret; aut arma prohibita deferat; ut occidat; de quo Farinac. num. 5. 19. cum seqq. Clar. ubi proxime Caball. n. 7. 16. Alex. de Nevo conf. 94. Magon. Lucens. *decis.* 84. in fine.

Sed ad varietatem opinionum conciliandam sic distinguiri potest cum Bonacina num. 8. vers. *Hec tamen limita.* Aut delictum, quod ordinatur ad aliud, habet propriam, & peculiarem malitiam distinctam ab ea, quæ in scelere principaliter intento reperitur,

ut cum quis vulnerat ad furandum; & fur tam de vulnere, quam de furto plectetur, non enim prohibetur percussio, ne fuerit: Aut talam malitiam non habet distinctam, sed eadem est in delicto principali, ac in præparatorio, solumque per magis, aut minùs distinguuntur, ut si aliquis arma prohibita portet, ut adversarium insultet, haec enim prohibentur, ne ad percussionses, & homicidia perveniantur, atque ita pro delatione talium armorum, aut insultatione non coercentur, qui absque intervallo alium percussit, vel occiderit; sed tantum pro vulnere, vel homicidio. Sed ubi est intervallum, delatio armorum, etiam ad actum licitum, ut ad occasionem banniti, puniri debet: secundum Menoch. de *arbitrari.* cas. 1574. nu. 4, de quo potest merito dubitari; nam cum fatus sit licitus, media punitione digna non sunt. Et eam distinctionem esti alii terminis utantur, probant juris Interpretates afferentes, quod si ex delictis diversis distincti resulant effectus, ut plura sunt punienda; secus si effectus non distinguuntur, ita variis exemplis adductis differunt Caball. cas. 100. ex n. 12. Bolognin. ditt. cons. vult. Guazzin. n. 6. Ioseph. Ludovic. Lucens. *decis.* 61. à n. 5. Baiard. ditt. quest. 84. n. 15. & 16.

Ibi: *Quartum, si ejusdem actus.*

Repetitio criminis ejusdem, si in continentia fiat 89 pro uno admitti punitur; unde plures uno impieto percussio Titum, nempe pecnam in solidum pro singulis vulneribus irrogandam, sustinerunt Clar. n. 2. Caball. cas. 155. Alberic. in l. *Prætor edixit.* S. Simili, num. 2. ff. de *injur.* & alii apud Farinac. n. 6. Quorum sententia est omnino tenenda, cum quis duos homines, aut plures uno impietu vulnerat; unde plures uno impieto percussio Titum, nempe pecnam in solidum pro singulis vulneribus irrogandam, sustinerunt Clar. n. 2. Caball. cas. 155. Bonac. n. 4. Baiard. n. 24. Canter. *sup.* vers. Aut non sunt crimina. Quanquam contrarium, nempe pecnam in solidum pro singulis vulneribus irrogandam, sustinerunt Clar. n. 2. Caball. cas. 155. Alberic. in l. *Prætor edixit.* S. Simili, num. 2. ff. de *injur.* & alii apud Farinac. n. 6. Quorum sententia est omnino tenenda, cum quis duos homines, aut plures uno impietu vulnerat; nam quot fuerint percussi, tot pecnam sunt inferendæ, cum, ut alibi diximus, ex diversitate objectorum, aut personarum, delictorum numerus augescat. Guazzin. ubi proxime, Caball. cas. 158. n. 7. Bonac. num. 3. Imo Caball. ex nu. 7. & Clar. n. 3. sententia, ac probant, percutientibidente, aut instrumento bifurcato eundem hominem, uno istu, teneri ad pecnam pro qualibet vulnero. Quod limitat idem Caball. n. 18. in levissimis vulneribus. Nihilominus ubi eadem persona quomodolibet in eadem rixa multis vulneribus afficitur tenenda est. D. Covar. communis opinio, quæ benignior est, argument. l. penult. ff. de *pænis.* & quoad forum anima ita docet Caram. cum aliis, sup. n. 732. vers. Si quis uno ira.

Ibi: *Nam primò hinc consat.*

Percutiens plures Clericum eodem imperio, unicam dumtaxat excommunicationem incurrit. Clar. n. 2. Pat. Suar. de *cens.* 5. sect. 3. Mar. Alter. eod. trah. l. 3. dispat. 10. c. 8. Bonac. in sum. tom. 3. trah. de *censur.* dispat. 1. quest. 1. punct. 5. num. 3. 5. Ugolin. in simil. trah. tab. 1. c. 16. S. 3. nu. 5. Caram. ubi proxime Caball. n. 7. 16. Alex. de Nevo conf. 94. Magon. Lucens. *decis.* 84. in fine.

Sed percutiens successive plures Clericos, tot excommunicationibus ligabitur, quot fuerint percussi; Bonac. n. 6. Alter. sup. Pat. Suar. n. 6. Quid si uno istu, quis multos Clericos interficiat? & probabile est unicam excommunicationem contrahi, A a 4 quavis

Addit. ad Covarruvias

quamvis communis sit pro numero occisorum excommunications incurri, Bonac. ubi proxime, n. 7. De quo consulas Caram. ex n. 730.

Ibi: Secundò, si quis in alterum.

91 Eadem verba injuriosa in aliquem plures in continentis repetita, pro una injuria habentur, ac puniuntur, est omnium communis resolutio; videatur Gutier. de delict. q. 127. n. 5. Farinac. d. quæst. 22. n. 28. & quæst. 105. n. 174. apud quos multi. Dubium vero est, quando diversæ specie sunt, que alicui exprobantur, ut cum injuriandi animo quis alterum hereticum, furem, proditorem appellat, an iste sit puniendus quasi tot injurias irrogaverit, quot verbis hæc contumeliosa protulerit? Et quamquam Bartolus; & alii assertuerint, pro unoquoque verbo penam diversam esse imponendam, quam opinionem communem dicit Bonacof. commun. verb. injuria plures. Nihilominus ex omnibus contumelias simul dictis unicum delictum effici, una itidem pena plectendum, cum Domino Covaruv. docent Farinac. ubi proxime, Azeved. in l. 2. num. 51. tit. 10. lib. 8. Recopil. Gutier. n. 6. Plac. dñs. cap. 1. n. 17. vers. Cujus quidem, Bonac. sup. dñs. dñs. 2. quæst. 4. punct. 2. n. 12. vers. Ex quo patet, Baiard. ad Clar. §. Injuria, ex n. 8. Tusch. lit. A. conc. 13. n. 13. Sed acrius ob repetitionem injurians coeretur, Azev. n. 53.

92 Sed si Statuto certa pro qualibet injuria verbali pena irrogetur, si plures diversæ etiam eodem impetu proferantur, pena pro numero contumeliarum multiplicabitur, Azeved. n. 52. Lazar. Fœnus. in tractat. de momentan. c. 20. n. 12. Baiard. n. 10. Vide infra num. 94.

Ibi: Tertio, ab eadem radice.

93 Qui multas successivè blasphemias profert, unum crimen perpetrat, pro quo penam statutam, seu verius graviores, non tam multiplicantur subiicit, Plac. sup. vers. 4. eod. p. dñs. Profp. Farinac. in praxi criminali. tem. I. quæst. 22. n. 29. Ioan. Gutier. in tractatu de delictis, qu. 127. n. 5. Didac. Simanc. de Catholicis institutionib. tit. 8. n. 14. Martin. Bonac. in summa. ubi sup. dñs. disput. 2. quæst. 4. punct. 2. n. 11. Baiard. in addit. ad l. Clar. in prax. §. Blasphemia, num. 12. Aviles in cap. 25. Prator. glos. 1. n. 23. Ant. Alciat. in cap. cum nos ab homine, num. 33. de iudicis; Azeved. in l. 1. n. 44. tit. 4. lib. 8. Recopil. Boër. decis. 381. Decian. tract. crimin. lib. 6. c. 1. n. 14. qui contra sentientes refert. Quod amplias Baiard. ex Baldo in l. si duo, §. Semel, n. 1. ff. de arbitri. & aliis, quamvis in Deum, & Sanctos blasphemia jactet. Sed Bonac. n. 3. quoad forum animæ oppositum tener sentiens, duo peccata committere, qui simul in diversos Sanctos blasphemias profert: quod consequenter ad tradita suprad. n. 89. verius dicendum est. Imo si diversæ sint blasphemiae in Deum, vel Sanctum, plura peccata committi sentit Caram. n. 742. ubi addit., ob scandalum diversarum personarum multiplicari peccatum blasphemiae, licet eadem sèpè enunciatur.

Ibi: Quartò, premisso Statuto,

94 Extante Statuto, quo caveatur, ut qui alapam deridet, percutierit, aut injuriam verbalem intulerit, certa pena coeretur, eti actus veritus uno impetu sèpè reperatur, quasi senes delinquens tenebitur; sed propter reiterationem pena aggravabitur, ut statim probabitur. Sed si constitutum fuerit, ut pro

qualibet alapa, vel alia injuria delinquens cuidam poenæ subjiciatur, toties erit inferenda, quoties quis adversum constitutionem venerit, etiam sub uno actu moraliter continuato; & ita communiter repertrum est, de quo per Farinac. d. quæst. 22. ex num. 8. Baiard. ubi proxime, à n. 9. Hieronym. Cevall. commun. tom. I. quæst. 417. Alberic. de Rosat. & alii apud eundem, Plac. in epitom. delictorum, dñs. l. 1. numero 18. vers. Ex quo secundò deducitur, Canter. sup. d. c. ultim. num. 12. Caball. cas. 155. num. 7. Clar. d. quæst. 84. num. 3. Fachin. dñs. lib. 9. c. 46. Guazzin. numero. 5. & alii apud Farinac. dñs. lib. numero. 8.

Quæ distinctione æquè procedit in illo, qui uno eodemque impetu, & iusti, plura vulnera intulit, ut cum bibent; Canter. ubi proxime, & alii, quos refert Caball. ubi nuper, qui de hoc latissime agit, & distinctioni huic non adhaeret, sed indistinctè tenet, ut quomodo cumque statutum loquatur, poena sit multiplicanda, nisi levissima fuerint vulnera, n. 18.

Ibi: Quintò, ab eadem radice.

Qui simul, aut morali quadam continuationes diversas furrit, etiam ad distinctos dominos pertinentes, non censetur plura furtæ committere ut statutum penam mortis imponens pro tertio furti locum habeat; quia furandi consuetudo desideratur, qua nō inducitur per actus, qui una eademque animi deliberatione exercentur, Boër. decis. 219. n. 2. Menoch. de arbitras. cas. 295. n. 20. Tusch. lit. D. conc. 169. n. 12. & alii per nos laudati, supra, cap. proxim. n. 84. qui assentur, furtæ eodem die patrata non confiteri diversa, ut pro illis, si tria fuerint, reus suspendatur: quibus adjunges Caball. cas. 99. num. 49. eti quoad forum internum plura peccata committi, docuerint Fagund. in Decalog. lib. 2. c. 3. num. 24. Caram. n. 1706, ubi alii.

Ibi: Sexto, his prævisis;

Quoties pena propter repetitionem criminis iteranda non est, augeri debet, Farinac. cum multis, n. 7. Gutier. sup. n. 6. Plac. d. c. 1. n. 17. vers. Cujus quidem sententia, Caball. num. 50. Canter. d. c. ult. n. 12. vers. Sed quicquid Bartolus, Guazzin. n. 5. ad fin. Azeved. in d. l. 2. n. 53. Quia reiteratum crimen gravius dicitur, ac delinquentem aggravat, efol. in l. si diutino, ff. de pen. quod pluribus comprobabat Caball. n. 51. ex quo cum pena legis sit extenda, & exacerbanda, reus arbitrio Iudicis est puniendus, Menoch. sup. cas. 591. num. 2. Et hic notandum, quod singulariter docet D. Covar. & apertius infra, vers. Utrum si idem, & refert Farinac. d. quæst. 22. n. 27. scilicet, quod eti repetitione ejusdem delicti, quod vindictam publicam unica penam plectatur, & quod privatam unum quodque factum quasi seorsum commissum, sic coerendum, ut advertunt Farinac cum alii, n. 7. Cancer. n. 6. Caball. cas. 155. in fine, & omnes communiter; tamen pena, quæ venit patri applicanda, non multiplicabitur, sed augmentum duntaxat recipiet pro modo injuriarum.

Vers. Quintum, est hoc in tractatu;

Cum idem crimen ad unum finem, ac circa eandem personam repetitur, antequam de eos reus fuerit delatus, aut punitus, unica pena, quamquam acerbior ad publicam vindictam est coerendum; Farinac. n. 17. Caball. d. cas. 99. n. 50. Roch. de Curt. in c. fin. in l. notab. de consuetud. Grammat. vot. 17. n. 4.

Varia. Resolut. Lib. II. Cap. X.

n. 4. Tusch. lit. D. con. 169. n. 3. Bertaz. conf. 24. 25. l. 2. Quod procedit, eti ex intervallo idem delictum committatur, sed non obtinet in criminibus momentaneis, ut in vulnere, sic in eis, quæ tractum habent successivum; ut quando administrator publica pecunia paulatim furatur, quod exemplum est apud Caball. sup. & hoc notarunt Farin. Tusch. & alii. De quo latius D. Covar. infra, vers. Quod vero diximus.

Ibi: Ubi quis ad obtainendam in eadem lite;

100 Qui in eadem lite plures testes falsos, aut instrumenta, etiam ex intervallo producit, unicam poenam sustinet; quæ tamen ob repetitionem sceleris agg. avatur, Farinac. n. 26. Caball. cas. 145. num. 2. Baiard. ad Clar. in §. Falsum. num. 26. 27. Bertaz conf. 520. l. 2. Cavalc. sup. 1. tract. de Brach. Reg. fragment. 76. Monticell. in prax. reg. 15. num. 160. Guazzin. num. 2. vers. Ac etiam sciat, Plot. in l. si quando, n. 715. C. unde vi. Affl. & ad constitut. Regn. lib. 3. rubric. 40. in cont. qui fasit atem, numer. 2. Quod ampliatur, quamvis Statutum dicat, in numero singulari: Qui teste, aut instrumento fallo usus fuerit, talis pœna teneatur, Guazzin. Affl. ubi proxime, Caball. n. 31.

Ibi: Hinc ego infero.

101 Limitatur communiter præmissa conclusio, quando semel punitus, quia falsis testibus, aut instrumentis usus est, iterum in eadem causa falsitatem hujusmodi repetit; nam denuo falsi poena plectendus erit, Guazzin. Cavalcan. ubi proxime.

Ibi: Sic sane si quis semel percaserit Titum.

102 Clericum eundem ex intervallo plures persecuti, tot excommunicationibus ligatur, quot fuerint percutienses, Pat. Suar. sup. disp. 5. scilicet. Ugolin de censur. tab. 1. c. 16. S. 3. n. 5. Baiard. quæst. 77. n. 19. Bonac. sup. d. tract. de censur. disp. 1. q. 1. punct. 5. num. 3. 5. Mat. Alter. eod. tract. l. 3. disp. 610. c. 8.

Ibi: Nam semel excommunicatus.

103 Excommunicationis nexu astricte potest iterum à jure, vel ab homine excommunicari; quod omnibus censuris Ecclesiasticis commune est, ut ex Theologis mox citandis appetat. Ita probat cap. Engeltrudam, ult. 3. q. 4. l. 29. tit. 9. part. 1. Pat. Suar. summ. scilicet. 2. Avila de cens. 2. cap. 4. disp. 5. dub. 7. Caball. cas. 157. in fine. Baiard. ubi proxime, Sylvest. in sup. verb. Excommunicatione 1. n. 10. Didac. Per. in l. 1. tit. 5. l. 8. Ordinat. Menoch. conf. 24. n. 16. Henric. in summa. l. 13. cap. 25. §. 4. Filliac. tract. 11. c. 5. quæst. 7. Mar. Alter. sup. cap. 7. Bonac. ubi proxime, n. 1. ubi rationem, reddit, quoniam excommunicatus manet capax transgreendi legem, quæ excommunicationem transgressoribus irrogat; & quæcum secunda excommunicatione non habeat effectum ejiciendi ab Ecclesia jam excommunicatum, illum tamen detinendi extra ipsam effundit operatur; nam pures absolutions defiderantur ut ait Glos. in d. c. Engeltrudam.

Ibi: Quod muliū refert quantum ad absolutionem.

104 Qui pluribus excommunicationibus ligatur, eti ab una absolvatur, cæteris manet irreitus, Pat. Suar. disp. 7. scilicet. 9. n. 4. 6. Greg. Lop. in d. l. 9. Partit. 8.

ubi bonus textus, Bonac. ubi proxime, q. 3 punct. 6.

n. 1. Tiraquel. de retrat. tit. 2. §. 2. gl. 1. n. 21.

Pat. Vazo. in opuscul. tract. de excommunicat. dub.

18. n. 14. Alter. l. 4. disp. 5. cap. 4. Pat. Valent. tom.

4. disp. 8. quæst. 17. punct. 8. Gonçal. ad reg. 8. Can-

cellaria, gl. 13. n. 82. 83. Sayr. de cens. lib. 2. cap.

21. n. 13. Quando autem censeatur quis una abso-

lutione a diversis excommunicationibus liberatus,

latè tradit D. Covar. in cap. Alma Mater. part. 2.

§. 11. ex num. 13.

Vers. Verum si idem crimen.

Adde Farinac. n. 27. ubi alios refert, & ita sen-

tient omnes, qui requirunt, ut reiteratio fiat ad eun-

dem finem, sic poena multiplicetur, nec identitas

personæ damnificata sufficit.

Vers. Quod vero dixi ejusdem criminis.

Reiterationem ejusdem sceleris ex intervallo,

quamvis ad unicum finem tendatur, novum de-

lictum inducere, dubium non est; non obstante,

quod unica pena pro illis actibus imponatur; Farinac. n. 17. qui cum alii D. Covar. in omnibus sub

hoc versiculo contentis sequitur, Caball. cas. 99. n.

50. & cas. 145. n. 1. 2. Barbos. in collectan. ad c. 1.

n. 2. de pœn. Tusch. d. conc. 169. n. 10. Quid utique

verum est in diversis actibus unum finem respici-

entibus, qui facti ex intervallo plura sunt crimina,

pro quibus una pena infligitur, Caball. dñs. num.

1. Vide sup. n. 99. 101.

Ibi: Ubi ex iterata ret furiva contracione.

Qui rem furto à se occupatam sèpè contrectat,

nullmodo plura furtæ committit, quia primam

107 contrectationem per possessionem continuat. L. eti qui

9. ibi: Affl. & c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 2

Sed nobis videtur dicendum, quod in contrectatione rei furtivæ non reperitur aliquare iterato delicti, sed continuatio quedam, atque ita actus non distinguuntur, quod manifestè probat Consultus in d. l. et, qui, & in d. S. Infans, nam eis fuit non semper rei furtivæ corporaliter infisit, eam tamen animo possidet, ac retinet, per quod prima contrectatio continuatur, ac ceteris, quæ postea subsequuntur, adjungitur; atque ita omnes unum furtum efficiunt, nisi ea professio interrumpatur, quoniam tunc si denuo fur rem furtivam apprehendat, novum furtum abmittit; ut docut Consultus in d. S. Infans, à quo prefata deducitur.

109 In adulterio hæc aliter se habent; quoniam primus turpidinis actus, si ex intervallo fiat, aliis deinceps, sequitur non conjungitur, nec cum eisdem continuatur, cùm nulla professio in aliena uxore adultero, sicut furi in re furtiva queratur, unde est, ut quoties alienum totum quis ex intervallo violat, toties diversum crimen perpetrare dicatur; nec solus animus perseverandi in adulterio prodest, ut actus continui censeantur, qui re & tempore distinguuntur, ut notum est; nam quod de fure diximus, provenit à possessione, quæ etiam furibus, aliquique vitiōse rem occupantibus jure competit, suosque effectus operatur, l. 3. S. Ex contrario, ff. de acquir. posse, l. 1. S. Qui a me vi, ff. De vi, & vi armata.

Ad Num. 9.

110 Reus ad diversas penas damnatus, omnes subire debet, si inter se compatibilis fuerint, Caball. cas. 15. n. 22. Clar. d. S. fin. quest. 99. num. 9, quod si incompatibilis sint, ut quando variis legibus mortis pena infliguntur, diverso suppliciū genere, veluti si una sit comburendus, & altera decapitandus, tunc Judicis est electio, qua morte ille sit periturus, nec fas est ipsi damnato optionem dare, l. aut damnum. S. Prinde, ubi notatur, ff. depen. Clar. sup. Guazzin. defens. 33. c. 4. n. 16. Luc de Penna in l. 1. n. 34. C. de dese torib. l. 12. Baiard. ad Clar. d. S. fin. q. 67. n. 12. Si vero pœnæ incompatibilis præter mortem sint, aliam Iudex pro suo arbitrio subrogat pro illa que infligi nequit; Menoch. cas. 591.

111 Quod si morituro membrum aliquod, etiam sit abscondendum, communiter docent DD. incipendum esse à pœna minori, & si quod membro prius amputato, deinceps ad ultimum supplicium perveniat, & sic de consuetudine observatur, Clar. ubi proxime, & ibi Baiard. n. 13. Peguer. decis. 28. in fine, Guazzin. d. defens. 33. c. 21. in fine, Farin. sup. q. 22. n. 31. Caball. d. q. 158. n. 24. Franc. Marc. decis. 73. 8. Sed tamen hoc non servari, nisi in delictis atrocissimis, testantur Caballus, & Farinac, in quo D. Covar. consentiunt.

Ibi: Cum & post mortem in criminis pœnam.

112 Quanquam regulariter in reorum cadavera sèire non licet; solent tamen ob immanitatem facinorum in aliorum terrore suspensi, combuti, ac dilacerari; ut notant Caball. cas. 294. n. 450. 451. Clar. q. 51. n. 15. Ant. Gom. variar. l. 3. c. 3. n. 79. Menoch. de arbitrar. cas. 285. n. 7. Guazzin. defens. 38. c. 6. n. 1. Medic. in tract. mors omn. solvit, part. 2. conc. 2. n. 86. Farinac. q. 10. n. 78. Sed hoc in arbitrio judicis est. Menoch. ubi proxime, Guazzin. vers. Et erit etiam arbitriatum, Farinac. d. n. 78. & q. 128. n. 10. & ut hæc in cadavera fieri possint, necessario requiriatur, quod tempore mortis defunctus fuisse damnatus, aut its convictus, vel confessus, ut nulla illi defensio supercesset; Guazzin. n. 2. Farin. d. q. 10. n. 79. Boffi. in prax. crimin. tit. d. accusation. n. 33.

Ibi: Atque ita ob effugiendum impietatem.

Quoniam pœna legis Pompeiæ de parciadiis 113 Christianæ pietati, ac humanitati contraria omnibus visa est, in desuetudinem abiit, sed alii pœnis pro locorum statutis, aut consuetudinibus parciadiæ plectuntur; ut testantur Caball. cas. 15. n. 11. Clar. S. Parciarium, num. 5. Decian. tom. 2. lib. 9. cap. 16. in Hispania observatur, ut parciadia strangulatus dolio includatur, atque ita in mare, vel flumen projiciatur, ut Docet D. Covar. cui suffragantur, Clar. ubi proxime, Ant. Gom. sup. cap. 3. n. 3. vers. Item etiam illud, greg. Lop. in l. 12. gls. 7. in fin. tit. 8. part. 7. Menoch. cas. 356. n. 7. 8.

Ibi: Eodem pacto apud Christianos.

Etsi de jure, qui ad mortem ignis damnatur, 114 vivus sit flammis tradendus, l. universi 9. C. ubi caus. Fiscal. Corfet. sing. 1. verb. pœna, Baiard. ad Clar. in S. Hæresis, n. 15. apud Christianæ fidei professores pia viget consuetudo, ut rei Catholicæ prius alio genere supplicii occiduntur, ac postea cadavera eorum ignis absumat, Clar. d. S. fin. q. 99. n. 7.

Ad Num. 10.

Hæretici, qui Brachio seculari traduntur, sunt 115 omnino mortis pœna afficiendi. l. 2. tit. 26. part. 7. Simanc. de Catholic. instit. tit. 46. num. 42. Pat. Suar. de fid. disp. 23. seqt. 1. Guttier. de delitt. quest. 33. n. 34. Pet. gregor. syntagmat. l. 3. cap. 8. num. 20. Clar. in S. Hæresis, n. 7. & in S. fin. q. 96. num. 7. Azor. institut. moral. part. 1. l. 8. c. 13. q. ult. vers. Ultima Pana, Pat. Hurtad. de fid. disp. 86. seqt. 2. S. 35. igne extingui debent; quam pœnam Judez laicus commutare minimè permittitur, Guttier. & Clar. ubi proxime, Boffi. de heretic. n. 37.

Ibi: Libri item hereticorum.

Etsi pœna excommunicationis statuta in Bulla in 116 Cana Domini, adversæ legentes, aut retinentes libros hæreticorum, quam latissimè explicat Sanch. in Decalog. l. 2. c. 10. ex n. 20. qui n. 56. assertit cum Azor. sup. d. l. 8. c. 16. q. 11. non licere hæreticorum libros propria autoritate cujusque comburendi, sed Inquisitoribus necessariò fore tradendos, et si aliquibus contrarium placuerit. Non tamen qui comburit præfata censura ligabitur, ut idem Sanch. advertit, quia non retinetur, quod igne consumitur.

Ibi: Quamobrem in primis observandum est.

Hæreticos justè ultimo supplicio damnari, ac 117 flammis tradi, probant Hurtad. sup. seqt. 1. & 2. Guttier. d. quest. 33. n. 38. cum seqq. Simanc. tit. 46. num. 45. cum aliis, Menef. in l. transigere, n. 98. C. de translat. Decian. lib. 5. cap. 42. n. 4. Iodoc. in prax. cap. 61. n. 19.

Ibi: Hoc vero ignis pœna.

Quod hæretici flammis extinguantur generalis 118 observant consuetudo, Clar. S. Hæresis, n. 7. Anton. Gom. l. 3. c. 2. n. 1. vers. Item pro qualitate, Villa dieg. de heretic. quest. 15. n. 3. Guttier. n. 41. Bertrand. conf. 212. n. 2. l. 2. Decian. sup. vers. Hoc autem, Menoch. de arbitrar. cas. 374. n. 2. greg. Lop. in l. 2. gls. 9. tit. 26. part. 7. Roxas sing. 91. Sebast. Medic. in summ. omn. hæres. part. 1. q. 13. Ant. Scapp. de

de fur. non script. ib. 5. cap. 32. n. 8. Sanctarei. de hæres. cap. 27. n. 4. Azev. in l. 1. n. 176. tit. 3. l. 8. Recopilat.

Vers. Tandem in Hispania.

119 Hæretici qui Judicii seculari traduntur in Hispania, si resipiscant, etiam in eodem patibulo præstrangulantur, quam flammis dentur, quod si pertinaciter in suis erroribus persistant, vivi exuruntur; Hurtad. seqt. 2. S. 19. Hurtad. n. 40. Cened. ad Decretal. collectan. 55. n. 3. Mart. Delrio disquisit. magic. l. 5. seqt. 16. Didac. Per. in l. 3. vers. Est alia; æna, tit. 4. l. 8. Ordin. Siman. in enchirid. tit. 67. ex n. 1. Farin. de hæres. quest. 189. S. 1. n. 4. & quest. 293. n. 35. Sed si hæreticus fuerit negativus, qui scilicet convictus hæresis crimen negat, & sic Judicii seculari tradatur; si mortuus comburitur; Hurtad. §. 28. qui §. 29. 30. agit, an sint negativi præstantia Sacra menta Penitentiæ, ac Eucharistæ; & contra Pat. Suar. de fid. disp. 23. f. 1. docet posse negativum Sacramentaliter absolvī, & Sacerdotem ad hoc teneri, quando prudenter credit, illum verè esse penitentem quod privatum faciendu n' est; nam Judges tenentur prohibere, ne Sacramentum aliquod illis ministretur; cæteris vero hæreticis, qui vel propter reincidentiam, vel quia se dicit, scilicet post sententiam conversi sunt Sacra menta prædicta non denegantur, quanquam sint comburendi; Simanc. de Catholic. instit. tit. 57. n. 16. 17. Sylvest. in summ. verb. hæreticus l. n. 14. 17. Guttier. n. 50. Schilac. in tract. de Fide Catholic. cap. 27. num. 4. Sanctarel. sup. c. 42. dub. unic. n. 17. in fine, Farinac. d. n. 35. Decian. sup. c. 56. n. 7.

Vers. Hinc ad effugiendam inhumanam pœnam.

120 In Hispania delinquentes in eremo, si pœna mortis sint digni, ac per Judges, qui, de la hermandad, nostro idioma nuncupantur, sint punendi, sagittarum isti bus enecabantur; sed hodie prius fauibus compressis occiduntur, ac in cadaue sagitta miruntur, ut notat Greg. Lop. in l. 12. gls. 7. in fine, titul. 8. part. 6. Pradilla de pœna delictor. part. 1. cap. 28. n. 7.

AD CAPUT XI.

De exequitione publici, vel privati instrumenti, traduntur aliqua: & num exequi posset quod liquidam quantitatem non continent.

SUMMARIUM.

- 1 De exequitione publici instrumenti quæ trahent.
- 2 Exequio an peti posset ex instrumento, quo quid liquidum non debetur; ad n. 10.
- 3 Tutor, vel alius administrator, exequi posset non convenit ante rationum disputationem.
- 4 Instrumentum exequibile est, quo certa quantitas vini, vel frumenti debetur, et si pretium incertum sit.
- 5 Exequi posse pro debito non liquido, si culpa debitoris liquidari non posset.
- 6 Ex instrumento conditionali quando exequi posse posset, & num. 14.
- 7 Qua forma in exequitione servetur, remissive.
- 8 De proclaimantibus ad disputationem bonorum, in quibus exequio facta est; ad n. 19.
- 9 Bona distracta quando restituvi possint debitoribus,

debito persoluto; remissive. Et an liceat Judicibus inferioribus restitutionem facere, n. 21.

10 Utrum instrumentum de jure Regio habens paratam exequitionem exequendum sit, si ei clausula gravatoria inserta non sit, ad n. 25.

11 Instrumentum confectum, ubi paratam exequitionem habet ex statuto, an exequibile sit in loco in quo tale statutum non est; & è contra, & numer. 27.

12 Chirographum à debitore recognitum paratam habet apud nos exequitionem.

13 Secus si non fuerit recognitum, et si obligatus consenserit, ut via exequitativa ex eo agi possit.

14 Chirographum recognitum, quando & à quo tam recognoscendi, quam alii ejus creditoribus præjudicet, ad num. 32.

15 De recognitione privatæ scripturæ, ad num. 35.

16 De promissione solvendi tribus terminis, die non expresso remissive.

D 3 judicio exequitivo, ac de interpretatione legum Regiarum, quæ paratam exequitionem publicis tributis instrumentis, videndi sunt Roderic. Suar. in l. post rem iudicat. ff. de re judicat. Ant. Gom. in l. 64. Taur. Gutier. practicari. l. 1. q. 110. cum seqq. Aviles in c. 10. Prætor. verb. execution. Parlador. rer. quoi in mar. l. 2. c. fin. Carleval. de judic. tom. 2. tit. 3. disput. 1. cum aliis, Avendann. in c. Prætor. part. 2. c. 30. & in declarat. ad l. 4. f. 5. tit. de las exceptions, l. 3. Ordinam. Amad. Rodrig. in tract. de exequit. Anton. Canar. eod. tract. Cancer. variar. resolut. part. 2. c. 3. de instrument. guare. l. 1. zved. in l. 1. & seqq. tit. 21. l. 2. R. copiat. Pichard. in man. dicit. ad pax. part. 2. Pax in prax. tom. 1. part. 4. Dida. Per. in l. 4. gls. 1. tit. 8. l. 3. Ordinam. Villadieg. in politic. capit. 2. Cur. Philipp. part. 2. Cole. de process. exequitativ. Afin. de exequitionib.

Ad Num. 1.

Ex instrumento publico, ubi paratam habet exequitionem, potest peti exequio, quamvis incertam quantitatem contineat, ut dama, vel interessus; modò ante omnia in limine viæ exequitativa quantitas liquidetur, Menef. in l. n. 47 ff. de legat. 2. Cacheran. de l. 29. ex n. 10. Canar. sup. qu. 14. n. 33. Barz. de guaremig. quaf. 2. Scacc. tract. de appellat. quaf. 1. imit. 9. a. n. 14. Didac. Per. d. gls. 1. vers. Ut ñm auem exequit. Peralt. in d. l. 1. n. 82. ff. de legat. 2. Carlev. sup. d. p. 3. n. 46. Hermof. in l. 10. gls. 4. n. 448. tit. 1. part. 5. Guttier. practicari. l. 3. quest. 39. a. n. 16. Paz sup. cap. 1. nu. 15. cum seqq. Ceval. commun. tom. 1. quest. 662. Cur. Philipp. S. 8. n. 1. Azeved in d. l. 1. n. 35. Galles. ad for. Casmer. obliquat. q. 35. a. n. 6.

Ibi: Item sententia plerumque fertur.

Nota, dupliciter posse tutorum, vel alium administratore conveniri ex instrumento administrationis, paratam exequitionem habente, vel ut redditis rationibus reliqua tradat, vel ut ante earum disputationem, quæ in inventario descripta sunt, cum effectu restitut. Amat. variar. l. 2. resolut. 59. n. 22. 23. Primo casu exequitativa agi poterit, ut in eadem via exequitativa computatio fiat, antequam ad capturam pignorum, aut personæ, deveniatur; & facta, administrator residua solvat, Parlador. sup. part. 1. S. 12. imit. 4. n. 34. Cur. Philipp. n. 2. Secundo, exequitativa agere nullo modo licet; nam tutor ratones offerens liberabitur à via exequitativa, Carlev. diff. 7. n. 9. Gut. de Tute. part. 3. c. 1. n. 53. Amat.